

# Duodecimū

quid huiusmodi. quod ad emendam  
primi viderit expedire non peccat.  
Si autem hoc sive plato sive alicui  
amicu suo ex malitia referat tunc pec-  
cat mortaliter. **C**o si et cautela ali-  
cui dicerit hoc. ita tamen quod non pro-  
veniat inde aliud vel ifamia vel vis-  
tum primo delinquenti tunc non  
peccat mortaliter licet incaute agat.

quia aliud est patrem esse aliud filium  
esse et aliud spiritum sanctum esse. sed  
esse egenale non est aliud et aliud. ergo  
**C**o preterea primum forme est quod  
debet esse. Sed in divinis sunt tres pri-  
mogenites personales quod obtinent vicem  
forme. ergo **C**ontra Aug. dicit.  
**I**n divinis tantum unum esse. Re-  
sponsio dicendum quod veritas fidei ha-  
bet quod in divinis solum est distinctio  
que est secundum relationes opposi-  
tas. relatio autem sicut et quelibet for-  
ma habet esse ex operatione ad illud cui  
in est. unde esse filiationis est per op-  
erationem ad subiectum cui inest. relatio  
autem in divinis non distinguitur  
ab eo cui inest. vel in quo est. quia est  
ipsa res que refertur. sed distinguitur  
solum ex parte eius cui opponitur. et ex  
hac parte non consideratur esse rela-  
tio. sed distinctio et oppositio eius  
et ideo est in deo unum tantum esse.  
sic enim alio. **A**d primum ergo dicen-  
dum quod esse dupliciter dicitur. quoniam enim  
esse idem est quod actus entis. quoniam  
autem significat compositionem enun-  
ciationis. et sic significat actum intel-  
lectus quod intelligitur quando dicitur  
quod aliud est esse patris et aliud filii. **A**d primo modo.  
**A**d secundum dicen-  
dum quod sicut et quilibet forma paternas  
facit esse. s. patrem qui est divinum  
esse. et facit tantum unum esse in qua-  
rum paternitas facit esse.

## Incipit q̄dlibet duodecimū.

**Q**uestium est de rebus que  
sunt supra hominem. et de  
rebus humanis. **C**irca  
primum questum est de an-  
gelis et de celo. **C**irca primus ques-  
tum est de deo quantum ad suum esse  
quantum ad suam potentiam. quam-  
cum ad eius predestinationem.

### Articulus primus.

**C**irca primum questum est utrum  
in deo sit tantum unum esse. s.  
centiale. vel propter illud sit etiam  
in deo eius personale. et videtur quod sic

### Articulus secundus.

**E**inde questum est de potentia  
dei. Et primo utrum deus pos-  
sit facere contradictionia simul  
esse. **S**ecundo utrum possit facere  
infinita in actu.

t. iii

# Quodlibet

### **Erticulus tertius.**

**H**Primum dicendum q̄ non  
et hoc nō importat in deo im-  
perfectionem potentie sed q̄a  
hoc non habet rationeꝝ possibilis  
**N**am omnis virtꝫ actiua producit  
effectum sibi similem. **O**mne autē qđ  
agit agit in quantū est ens actu. ergo  
effectus agentis est ens actu qđ quid  
er go repugnet ei quod est esse actu e  
pugnat potentie actiua quod esset h  
contradictoria sit essent. **A**d secun  
dum dicendum q̄ esset aliquid infini  
tum actu posset suspicari ex primo  
aspectu quod esset impossibile. quia  
lequeretur illud esse equale deo. sed  
hoc non sequitur. quia ei quod est in  
finitum omnibus modis non adequat  
illi quod est infinitum uno modo.  
**D**ato enīz q̄ esset ignis infinitus se  
cundum magnitudinem non adequa  
bitur deo. quia et si sit infinitus ignis  
in quantitate tamen est quid finiti  
specie deus autem omnibus modis  
est infinitus. **C**um ergo queritur  
verum sit possibile deo facere aliqđ  
infinitum in actu. dicendū q̄ non. po  
tentie enim agentis per intellectum  
aliquid repugnat duplicit. Uno mo  
do quia repugnat potentie eius.  
**A**llo modo quia repugnat modo  
quo agit. **D**rīmo modo nō repug  
nat potentie dei absolute. quia non  
implicat contra dictioneꝫ. sed si con  
sideretur modus quo deus agit. non  
est possibile. deꝫ enim agit per suum  
intellectum. et per verbum qđ est  
formativum omnium. unde patet q̄  
omnia que agit sunt formata. infinitū  
autē accipitur sicut materia sine for  
ma. **N**am infinitum se tenet ex par

**te materie.** Si ergo dens hoc ageret  
sequeretur q̄ opus dei esset ali quid  
informe. et hoc repugnat ei p̄ quod  
agit. et modo agendi quia p̄ verbū  
suum omnia agit. quo omnia format

#### **Articulus quartus.**

**O**nde quesitū ē de predestinacione. virum sit certa. et videtur q̄ non. quia possibile ē predestinatum damnari. sicut Petru si fuisset statim mortuus. quādō peccauit christum negando. **H**i vero dictas q̄ predicta locutio est de dicto vera. de re vero nō. **C**ontra Quia hoc habet locum in formis separabilibus. **S**ed hec forma que est predestinatione est inseparabilis. **R**esponsio dicendum q̄ predestinatione est quēdam pars diuine prouidentie. prouidentia autem dicit directionem aliquorū in finem. et. hec p̄supponit scientiā et voluntatem. **S**ic ergo predestinatione habet certitudinē ex pte scientie dei. q̄ nō pōt falli et ex pte voluntatis diuinē cui non potest aliquid resistere et ex parteprouidentie. que certissimo modo ducit ad finem. cum deus sit sapientissimus. **A**d primum ergo dicendum q̄ p̄destinatio habet certitudinem et tamē nō est necessariū predestinatum saluari. sed remanet contingens. **D**ictum est enim q̄ habet certitudinem ex scientiā voluntate et prouidentia. et nullum istorum contingētiām impedit. scientia non. quia scientia dei est futurorum. put sunt in presenti. et secundum hoc sūt determinata. voluntas non. quia voluntas dei est principium totius entis. ergo nō

**D**ende quatuor  
trium omnia 3  
Responsio de  
re sportu facere una  
potestular partic  
tus etiam multa  
exemplaria olim fa  
cili geruntur et  
adspicuntur 360

## Duodecimum

Credit sub ratione contingentie vel necessitatis sed hec effluunt et ordinantur ex dei voluntate. et sic ipsa dei voluntas facit quedam esse contingētia preparando causas contingentētes illis rebus quas vult esse contingētes et similiter necessariās causas rebus et effectibus necessariis. et sic voluntas dei semper impletur. non tamen omnia necessario eveniunt. sed eo modo quo deus vult ea esse. et vult quod sine contingēte. prudētia non dicit non tollit contingētiam. **C**Id secundum dicēdū q̄ bona est distinctio sed ad obiectum de formis discendū q̄ aliter est de formis realibus et aliter de predicatis que important aliquid pertinens ad actum rationis. quia in primis sc̄z. realib⁹ si in eis debet habere locum talis distinctio. oportet inesse separationem in re et in consideratione. in secundis non requiriatur. sed oportet q̄ res illa cadat super alia consideratione. et sic dico q̄ iste p̄ destinatus potest considerari vel ut in se. vel ut divine cognitioni relatur et sic uno modo attribuitur ei q̄ possit damnari. alio modo non.

### Articulus. v.

**D**einde questum est de fato. Verum omnia sunt fato.  
Responsio dicendum q̄ primo oportet scire quid fatum. et sic postea faciliter patet ad propositū vidēmus autem multa contingēter enire. et ideo olim fuit dubium utrum ista que variabiliter et in ordinate contingunt redigantur in aliquam causā

ordinantem. et qui dicunt q̄ non dicunt fatū nihil esse ut Tullius dicit. **N**vidam dicunt q̄ in aliquam causā superiorē ordinatur. et isti nomina uerunt fatū a forfaris. quasi hic omnia sunt prefata a quadam superiorē causa sed horum est triplex opinio. quidam enim reduxerunt hoc in quādam seriez causarum. quam dicunt satum. sicut stoici qui dicunt q̄ nihil ē ut non habeat causā. et posita causā necesse est ponere effectum. **E**i ergo evenit vel ē talis vel talis effectus habuit causam. et hec causa aliam causā et sic deinceps sicut aliquis est occisus de nocte. quia exiuit domuz. quare exiuit domum. quia sit uir. quare hoc q̄ uia falsa comedist. et sic quia cōedit falsa ex necessitate moritur. Aristoteles responderet negans duo. prima primo q̄ nō quicquid sit habet causam. sed tantum quod sit per se. De autem ego occidat me erende est per accidens. Secundo dicit q̄ non posita causa ponitur effectus. quia potest impediari et ideo non sequitur vel non stat series causarum.

**C**Alij reducunt hec in aliam causā. sc̄z in corpora celestia. ex quorum necessitate dicunt omnia accidere unde dicunt q̄ fatum nihil aliud est q̄ vis positionis syderum. hec autem opinio dupliciter est falsa. **P**rimo q̄ tum ad res humanas que proueniunt ab intellectu qui cum sit virtus incorporea nō sibi actioni alicui corporis et ponere animā sibi acere virtuti corporū celestium nihil aliud est q̄ ponere intellectum non differre a sensu ut dicit philosophus in priuō de anima in fine. tamen q̄ accidēs et occisionaliter sibi anima celo. inquit.

# Quodlibet

tum intellectus afficitur p passionem corporis. non tamen ex necessitate mouetur ab eo secundo quia multa in rebus naturalibus contingunt qd non accidunt ex necessitate celi sed p accidentes et non habent causam. Alij reducunt omnia hec in causam supracelestem scz in prouidentiam dei. a qua omnia sunt predeterminata et ordinata. et secundum istos fatum erit qd am effectus puidetia. quia puidetia nihil aliud est qd ratio ordinis rerum. puit est in mente divina. fatum vero est ex platio illius ordinis puit est in rebus. Unde Boetius fatum est immobilitas dispositio rebus mobilibz inherens. Sic ergo accipiendo fatum potest dici qd omnia sicut sunt fato. unde dicitur Osee iij super illud. Non vocabis ultra baaliz. sed vir mens. qd id est utrumqz. sed deus noluit hoc. quia baalim nomen erat cuiusdam gentium. et ideo sunt vitadu nomina gentilium cum quibus nec nomina convenient habere communia. et ideo aug. dicit Si quis hoc non intelligat fatum sententiam teneat. linguam corrigat. ut non dicat fatum sed puidetia dei.

## Articulus.vi.

**D**Inde qd situm est de angelis. et circa hoc qd sita sunt duo. Primum utrum esse angelus sit accidentis eius. et videtur qd non. quia accidentis intelligitur inesse alicui pre existenti. angelus autem non persistit ipse esse. Contra. Hyl. dicit sic. Responsio dicendum qd opinio. Anic. fuit qd unum et ens semper perditum accidentis. hoc autem non est verum quia unum prout convertitur cum ente

significat substantia rei. et similiter ipsiusens. Sed unum puit est principium numeri significat accidentis. Secundum ergo qd unumqz p qd est in potentia et in actu. sit actu p hoc qd principiat actum suogorem. p hoc autem aliquid maxime fit actu qd principiat p similitudinem primum et parum actu. Primus autem actu est esse substantia p se. unde p plationem uniusquodque recipit p hoc qd principiat p se. unde esse est completum omnium forme. quia p hoc completur qd habet esse. et habet esse cum est actu et sic nulla forma est nisi p esse. et sic dicto qd esse substantia non est accidentis. sed actualitas causabet formae existentis sive sine materia sive cum materia. et quia esse est completio omnium. inde est qd pprins effectus dei est esse. et nulla causa dat esse nisi in quantum principiat operationem divinam. et sic proprieloquendo non est accidentis. et qd Hyl. dicit dico qd accidentis dicitur large omne qd non est pars sentie. et sic est esse in rebus creatis. quia in solo deo esse est eius essentia.

## Articulus.vii.

**A**ecundo qd situm est utrum diabolus cognoscat cogitationes hominum. Responso dicendum qd cognoscere cogitationes cordis potest contingere dupliciter in se et p se. et in aliquo effectu. Primo solus dei est. Hiero xv. Invenit est cor hominis et inscrutabile. unde nec angelis sic eas cognoscunt. cuius ratio est triplex. una propter debilitatem esse qd habent eo qd supra gradum quo. aliquid est ens in potentia est gradus quo res sunt in aria. Alia ro est quia qd



# Duodecimum

est in virtute cause alicuius non potest cognosci nisi a causa que nata est mouere illam. voluntatem autem mouet solus deus. Cum ergo omnes cogitationes dependeant a voluntate sic a sua causa. solus deus eas cognoscit. **A**llia ratio est quia angelii illa que cognoscunt naturaliter. cognoscunt per speciem naturalem. et he sunt species rerum naturalium. non autem cogitationum quia hec non reducitur ad causam naturalem. vel non pertinet ad cognitionem naturalium. tamen per effectum cogitationum cognoscunt cogitationes. sicut et homo facit. cum ipsi subtilius cognoscunt effectus qui causantur ex cogitationibus. Nam secundum cogitationes homo afficit aliqua passione. et per has mouetur cor et hos motus ipsi cognoscunt quod nos. et sic aliquid cognoscunt de cogitationibus cordis et hoc aug. dicit in libro de divinationibus demonum. licet alibi dicat quod determinare in eis talē cognitionem sit presuppositum.

**Articulus. viii.**

**O**nde quod sit de celo. et circa hoc quæsita fuerunt. Primo utrum celum vel mundus sit eternus. **R**espōsio dicendum quod non. Sed mundus incepisse est de numero eorum quod cadunt sub fide non sub demonstratione. Namque dependent ex simplici voluntate dei possunt esse et non esse. et ad hoc quod sit non inducit aliquis necessitas ex parte dei. divina autem bonitas que est finis rerum potest ita esse si non sit mundus sicut si sit mundus.

**Articulus. ix.**

**E**cūdo quod sit utrum celum sit animatum. **R**espōsio dicendum quod de hoc diversimode sentiunt doctores ecclesie. **H**ieronymus. n. dicit super ecclesiasten quod celum est animatus. **B**amasceus hoc negat et hec differet etiam est apud philosophos. **P**lato enim et **A**ristoteles ponunt corpora celestia animata esse. **A**naxagoras. non et ideo legitur fuisse occidus. ego autem dico secundum augustinum. super gen. ad litteram quod non resert ad fidem utrum sic vel aliter sit unde hoc non determinat in encyclia addens quod si ponamus corpora celestia esse animalia. non ideo erunt in iudicio tres ordines iudicandorum. scilicet angelorum et hominum et animalium. quia ille a nomine computabuntur cum angelis. et hoc sensisse videtur ille qui fecit preparationem cum dicit. celo. unum. quod virtutes. et ratio patet.

**Articulus. x.**

**O**nde quod est de homine quantum ad naturam. et quantum ad gratiam et quantum ad culpam. **C**irca primum quæsita sunt tria. **P**rimo quantum ad animam. **S**ecundo de cognitione anime. **T**ertio de effectu cognitionis. **C**irca animam quæsita sunt duo. **P**rimo utrum anima perficiat corporeum inmediate vel mediante corporeitate. **R**espōsio dicitur quod in nullo corpe est nisi una forma substantialis. cuius est ratione triplices. prima est quod si plures sequentes non erit forma substantialis quod faciat esse simpliciter. sed solus accidentalis quod faciat esse hoc. Itē si sit acquisita forma substantialis non erit generatio simplex. Itē quod non erit positum ex anima et corpore unum simpliciter. sed duo simpliciter et unum per accidens. Si dicatur corporeitas forma corporis corporeitas dicitur dupliciter. quoniam tres

# Quodlibet

dimensiones. *Et hoc non est forma sensibilis, sed accus. aliquando dicitur quodammodo forma ex qua provenit triplex dimensio.* et hec non est alia a forma specifica.

## Articulus xi.

**A**ccidens utrum anima sit extra se. Responso dicendum quod Augustinus, hanc questionem non determinat, sed indeterminata relinquit libro de ecclesiasticis doct. sed ille liber non est Augustinus, sed gignacij. Gregorius, etiam non vult determinare. Credendum est tamen quod non est una ratio philosophi libro de animalibus. quod impossibile est quod ratione corporis educat id quod excedit corporis. virtus autem seminis est virtus corporeorum. *Alia ratio est vii. methodus.* quia enim quoddam posuerunt quod forme naturales sunt ex creatione. *Cum enim materia aeris recipit formam ignis aut inerat.* et sic est latitudo. aut non. ergo sit de novo non ex aliquo sed ex nihilo ergo creatur. solvit philos. quia forma non sit sicut nec ens. vel esse habens per se. sed sit compositum quod habet esse subsistens. Si ergo est aliqua forma quod per se subsistat. illa habet per se fieri. anima autem habet esse per se subsistens. et remaneat corrupto corpore. et ita oportet quod habeat suum fieri.

## Articulus xii.

**O**nde quantum est de cognitione hominis. utrum intellectus humanus cognoscatur singulariter. Responso dicendum quod aliquid cognoscitur dupliciter. directe et indirecte. scilicet per reflexionem. Differunt autem inter intellectum humanum et divinum. quia humanus non cognoscit directe singulare. divinus autem sic. quia

cognitio fit per similitudinem cogniti in cognoscente et hec est in intellectu nostro per abstractionem a predicationibus individualibus et a materia. et ideo cum recta cognitio fit per speciem ideo non cognoscit directe nisi vel intellectus autem divinus cognoscit non per similitudinem a re acceptam. sed per extensionem sue entitatis ad res. et hec similitudo secundum divina entitas in deo est omnium quod sunt in re expressa similitudo et ideo directe cognoscit quicquid est in re et quod pertinet ad materiam individualalem. Sed quereres philosophus si separatus est intellectus et cognoscit que sunt in materia dicit quod operatur per hoc cognoscere et alia. sicut formas separatas cognoscit intellectu. et coniuncta materie per imaginationem aut alio modo secundum per extensionem in quantum coniungitur fantasie que representat sibi fantasima et sic indirece cognoscit

## Articulus xiii.

**O**nde quantum est de effectu cognitionis. Et primo. utrum habitus scientie acquisitive rei maneat post hanc vitam.

Responso dicendum quod circa hoc est duplex opinio. quidam dicunt quod non sequentes. Alvincennus in. vi. naturalium. quod species acquisitive non remanent in intellectu possibili nisi quamdiu actu intelligit. quod est falsum. Nam intellectus possibilis recipit species et retinet secundum modum suum. unde cum ipse sit immobilitas. utpote immortalis incorruptibilis. recipit species intelligibiles secundum modum suum. et nunquam inde recedunt. et quod sint ibi et iam dum actu non intelligi-



## Duodecimum

paret tertio de anima. ubi dicitur q̄ sunt in anima aliter q̄ dum actu intelligit. scilicet habitu et sic dico q̄ remanent sine in damnatis sine in beatis. sed destruuntur hi habitus scia ruin quantum ad modum scientie. q̄a hic semper intelligit convertendo se ad fantasmatā ppter corpus. et non solum ppter hoc fantasmatibus indigemus. sed ad viendū huius speciebus. et iste modus non erit tūc quia non convertet se ad fantasmatā.

### Articulus. xiii.

**A**scūdo vtrū verba humana habeat vim ad monēdū bruta putta serpentes. **R**ūsio dicēdū q̄ aliquid potest habere virtutem aliquam et secūdū ppteriam naturā et secundum virtutem superioris cause verbū gratia. ppterum ex elementis habet virtutem vñā ex natura elemētorum secundum motum predominātis elementi. aliam habet ex corpore celesti. sicut q̄ adamas attrahit ferrum quod non reducitur in virtutē clementorū. Aliqui ergo dicunt q̄ non solum naturalia corpora sed et artificialia sortiuntur virtutes aliq̄s ex impossibili corporum celestium. puta imagines vñ figure s̄b certa costellate. et si hoc verū ē. s. q̄ sup artificialia sit homī virtus impressa potest etiam dici q̄ verba prolatā in certo tempore habeant efficaciam mouēdi. sed hoc non est verum. Nā in rebus naturalibus omnia que hñt aliquam virtutem ex corpore celesti habent illam ppter aliquā formam vnde nihil agit ad speciem nisi ex virtute corporis celestis. et sic forma est plus in unoquoq; q̄ virtus ad

talib; **R**emota ergo priori remouetur posteri. **S**i ergo homī virtutes attribuuntur aliquibus oportet q̄ radicentur super formam aliquam. forme autem artificiales non sunt nisi figure quedam et ideo falsum est q̄ verba et homī virtutē aliquam habebant ex corpore celesti. sed si habent aliquam. hoc habent ex sp̄itu imūdo qui iminiscet se vñbis hominī ut decipiat secundum augustinum. vñ aliquando vñntur verbis fabulosis et falsis et vanis. quibus ad illudendum homines se imiscēt. vnde oīnī a ista frivola et superstitione sunt et imagine astronomicæ. in quibus etiā nō assit aliqua exp̄ssa iuocatō demonū. tamen est ibi quidaz tacitus p̄fensus. **T**amen si aliquis dicat verba dei et sacra sine immutatione et fraude. sed bona et divina intentione non est incantatio sed oratio. **C**risosto. tñ sup **M**at. ibi. Pilatant philacteria r̄c rep̄hendit illos qui collo verba euāgeliū suspendunt et cum virtus euāgeliū nō sit in figuris l̄raz sed in fide. **N**ō tamen damno illos q̄ super se gerūt euangelium ex denotione. quia beata cecilia euangelium christi semper gerebat in pectore. sine tamen aliqua additiōe vel verborum vel caractez vel ceterorum suspectorum.

### Articulus. xv.

**D**inde quesitum est de homine quantum ad gratiam. **E**t circa hoc queruntur tria Primo de sacramentis. **S**ecundo de virtutibus. **T**ertio de officijs. **C**he primo tria quesita sunt Primo de sacramentis gratie Secundo de effectu sacramentorum. **T**ertio de unitate ecclesie.

# Quodlibet

**B**e sacramentis gratie querebantur  
duo. **P**rimo de baptismō. **S**e-  
cundo de penitentia. **B**e primo q̄  
ritur. vtrum aqua habeat virtutem  
ad emundationem. i. vtrum propria  
virtute mundet. vel virtute concomi-  
tante. **R**esponsio dicendum q̄ du-  
plex est opinio in huinsmodi. non so-  
lum de aqua sed de omnibus ecclesie  
sacramentis. **Q**uidam enī dicunt q̄  
sacraenta non habent virtutem vt  
vum operandi in anima. sed tantum  
extra. et divina virtus concomitans  
facit illum effectum. et inducit exem-  
plum Bernhardi. sit aliquis episco-  
pus qui inuestiat aliquem de preben-  
da per anulum. anulus non est cau-  
sa prebende. sed signo. sed hoc ē non  
sane dictū. quia sic nō ēt aliqua pre-  
rogatiua sacramentorū noue legis  
ad vetera. quia etiam in illis virtus  
coassistent fidei credētium in christū  
venturū iustificabat. **E**t ideo dicen-  
dū q̄ sacramenta habent in se virtu-  
tem iustificandi. et ad alios effectus  
ad quos ordinantur. et non solū q̄  
sint signum. vnde augustinus. Que ē  
tanta vis aque vt corpus tangat et  
cor abluit. **S**ciendum tamen q̄ du-  
plex est virtus. i. propria et instrumen-  
tal. sicut pat̄ in serra. sic sacra-  
menta habent virtutem instrumentalem  
ad spiritualem effectum. quia cū sa-  
cramentum adhibetur cum invocati-  
one divina efficit hunc effectū. et hoc  
est conueniens q̄a verbū per qđ om-  
nia sacramenta virtutem habent. ha-  
buit carnem et fuit verbum dei. et su-  
cū caro christi habuit virtutē instru-  
mentalem ad faciendū miracula p̄ē  
continuationē ad verbum. ita sacra-  
menta per continuationē ad christū  
crucifixum et passum.

## Articulus xvi.

**O**nde quesitū est de penitē-  
tia. **E**t primo vtrum non  
habēs curam animarū possit  
absoluē in foro confessionis. **R**esi-  
ponsio dicendum q̄ aliter est in sacra-  
mento penitentie. et aliter in quibus-  
dam alijs sacramentis. **N**am in qui-  
busdam qui habent ordinem potest  
et hoc ipso inducere effectum sacra-  
menti in omni casu scilicet in illis in  
quibus quod est effectus sacramēto-  
rum est res existens extra sacramen-  
tu. **V**nde sacerdos degradatus et ex  
communicatus licet peccet. tamē cō-  
secat et baptizat. et similiter episco-  
pus consecratus. quia p̄fert caracte-  
rem. **I**n penitentia autem non inpri-  
mitur character nec effectus nisi iustifi-  
catione penitentis. quo d non potest si-  
eri nisi per potestatem indicativam.  
**N**on habens antem curam animarū  
non habet hanc potestatem.

## Articulus xvii.

**A**ecundo virū liceat in aliq  
casu renelare confessionem.  
**R**esponsio dicendum q̄ nō nec  
verbo nec facto nec nutu nec aliquo  
signo. et facere contra est sacrilegiū.  
**N**am ita est in sacramentis noue le-  
gis q̄ efficiunt qđ figurant. effectū au-  
tem penitentie est occultatio pecca-  
torū ab oculis dei viventis. et hec  
occultatio significatur per secretum  
confessionis. et ideo sicut prophana-  
ret sacramentū qui cōficeret corpus  
et sanguinez christi de alio q̄ de pa-  
ne et vino. ita ess̄ revelās sacrilegus.

## Articulus decimus octavus.

**E**rtio vtrum liceat appetere  
episcopatū. **R**esponsio dicendum

# Duodecimum

q̄ contingit ap̄ petere prelationē du-  
pliciter. aut propter necessitatem vr-  
gentem aut non vrgentez. primo mo-  
do dupliciter. vel quaodo imponit  
a superiori vel quando nō invenitur  
aliquis qui velit onus p̄lationis sub-  
ire. tali necessitate existente meritori-  
um est appetere. Unde Isa. vi. Quo-  
mittaz et q̄s ibit nobis resp̄dit. Ec-  
ce ego mitte me. tamen dixit se indig-  
num Secundo modo scilicet quādo.  
non vrget necessitas. sic non licet.  
quia non potest carere aut virtio in-  
iusticie. si velit se minorem p̄ferre ma-  
ioribus. aut virtio presumptionis. si re-  
putet se sufficientem preferri alijs. vn-  
de Crysostomus Primatus eccl̄is  
asticos concupiscere nec iustū nec vi-  
le. super illud Reges gētum. z̄.

## Articulus ix.

**D**Ende quesituz est de effectu  
sacramentozum. vtrum com-  
paternitas causetur ex pream-  
bulis ad sacraenta puta ex cathecis-  
mo et huiusmodi. Et videtur q̄ sic.  
Dicit quedam decretalis. q̄ a primo  
pabulo salis nō potest fieri vror. er-  
go contrahitur ibi compaternitas.  
Præterea cathecum̄ c̄setur christi-  
anus. Sed qui dat christianismum  
efficitur compater. ergo z̄. Respo-  
sio. quidam dicunt q̄ omnia illa sa-  
mentalia sufficiunt ad causandum cō-  
paternitatem. Quidam dicunt q̄  
solum contrahitur quantum ad tria  
scilicet in cathecisino. baptismo. et cōf-  
matione. Sed mihi videtur q̄ so-  
luz contrahitur in duob̄ scilicet in  
baptismo et confirmatione quia cō-  
paternitas similitudo quedaz est pa-

ternitatis. paternitas autem non fit  
nisi in generatione. et ideo solum in  
illis sacramentis. in quibus est que-  
dam generatio spiritualis. contrahiē  
compaternitas que matrimoniū im-  
pedit. Ad primum ergo dicenduz  
q̄ illa non sunt intelligenda sigillatiꝝ  
sed sunt accipienda collective et sunt.  
quia qui in omnibus istis adest effi-  
citur compater. Ad secundum di-  
cendū q̄ cathecum̄ dicitur christi-  
anus per fidē non p̄ baptismum. quē  
nondum suscepit. et ille dat christi-  
anum qui dat sacramentum bap-  
tismi.

*Matthēmīng*

## Articulus x.

**D**Ende quesitum fuit. vtrum  
sit vna eccl̄ia que fuit in p̄n-  
cipio. tempore apostolorum  
et que est modo. Et videtur q̄ non.  
quia nunc non vritur eisdem regulis.  
Tunc enim prelati erant sine auro et  
argēto in zonis suis. ergo z̄. Pre-  
terea non legitur q̄ christus et apo-  
stoli habuerint castra. modo autem  
eccl̄ia habet. ergo z̄. Cōtra  
Mathei vltimo. Ecce ego vobiscum  
sum usq; ad consummationez seculi.  
hoc autem non intelligitur tantum  
de apostolis. quia omnes mortui  
sunt. et adhuc seculum non est con-  
sumatum. ergo z̄. Responsio dicē-  
dum q̄ eadē est numero eccl̄ia que  
tunc erat et que nunc est quia eadez  
fidei et eadem fidei sacramēta. eadez  
auctoritas. et eadem professio. unde  
dicit apostolus. Unius est christus.  
Abiit. Ad primum ergo dicenduz  
q̄ verba Mathei tripliciter exponū-  
tur. Hyk et Ambrosius exponunt se

v i

# Quodlibet

cūd sēsū mysticū dicētes. Nolite por-  
tare aurū īc. i. nihil ī spūalib⁹ minis-  
terijs auro vēdatis. n̄ duas tunicas  
i. n̄ duplice aīmū habeat. Alij expo-  
nūt ad līram. et vna expositio est. Au-  
gustini qui dicit q̄ illa verba nō di-  
cuntur p̄ modū p̄cepti h̄z p̄missionis  
ita q̄ qui nō seruat nō peccat. et qui  
seruat inelius facit. vt sit sēsus. Noli-  
te portare. i. qn̄ itis ad prandii nolis-  
te solliciti esse de expensis q̄a debent  
vobis a populo. Pign⁹ est enī opa-  
ri. r̄c. quasi dicēt. Ideo p̄mitto q̄ nō  
portetis quia digni estis accipere ab  
alijs quibus p̄dicatis. Paul⁹ hoc nō  
fauavit. t̄ tu p̄ hāc ēgulā n̄ fecit. h̄z su-  
perrogauit. Alia expositio ē aliorū  
lāctoz q̄ dicunt q̄ hec dicta sūt p̄cep-  
tie. h̄z hoc p̄ceptū datū est nō ad sem-  
p̄ fauanciū h̄z ad p̄mā missionē. bis enī  
eos misit. i. an̄ passōne iudeis. t̄ post  
resurrectōe z gētib⁹. In p̄ma dixit eis  
In viā gētiū ne abieritis. In secūda  
dixit. Vocete oēs gētes. In p̄ma mā-  
davit q̄ p̄dicta fauaret. n̄ aut in secū-  
da. t̄ rō hui⁹ est q̄a in p̄ma solū mitte-  
batur ad iudeos apd̄ q̄s p̄suētū erat  
q̄ magri eoꝝ ab eis sustētarētur. et  
ideo sine scādalu poterāt accipe t̄ vti-  
ptāte sibi p̄cessa. apud h̄o gētiles nō  
erat hui⁹ moi⁹ p̄dicatores. Et iō  
fuisz eis scādalum. t̄ visū fuisz eis q̄  
p̄ q̄stu apli p̄dicarēt. t̄ iō Paul⁹ hoc  
p̄ceptū nō fauavit in gētib⁹. et iō dñs  
in secūda missione dixit. Nūc q̄ habz  
sacculū tollat s̄līt t̄ perā. Ad secun-  
dū dō q̄ Aug. r̄ndz in ep̄la p̄t dona-  
tistas. t̄ habet sup̄ illō p̄s. q̄re fremu-  
erūt gētes. distiguit. n̄ diversa t̄pa ec-  
clesia. Fuit enī t̄ps qn̄ astiterunt re-  
ges aduersus christū t̄ in illo t̄pe nō  
solū nō dabat fidelib⁹. h̄z eos occide-

bāt. Aliud h̄o t̄ps est nūc. q̄ reges in-  
telligūt t̄ eruditī servūnt dño Iesu  
christo in timore īc. et iō in isto tēpe  
reges sūt vasalli ecclesie. t̄ iō est ali⁹  
stat⁹ ecclie nē t̄ c. nō t̄i ē alia ecclia.

Einde q̄sitū est de v̄titib⁹.  
**O** Primo de q̄daz v̄tute intel-  
lectuali. s. de v̄tate. Secū-  
do de v̄titib⁹ moralib⁹. De v̄tate  
q̄sita sūt duo. Primo de fortitudine  
v̄tatis. Secundo de p̄firmatōne  
v̄tatis. q̄ est p̄ irramētū.

## Articulus xxi.

**Q** Irca p̄mū q̄sitū est. v̄trū veri-  
tas sit fortior int̄ v̄mū regē  
t̄ mulierē. Et videt q̄ vinūz.  
q̄a īmutat maxime hoīez. Itē q̄ rex  
q̄a pellit hoīez ad id qđ est difficiliſ-  
muz. s. ad hoc q̄ se exponat periculō  
mortis. Itē q̄ mulier. q̄a dñatur etiā  
regib⁹. **C**ōt̄ Eſtre Fortior ē veri-  
tas. Rūſio dō q̄ hec ē qđ p̄posita  
iueib⁹ dissoluēda in Eſdra. Scien-  
dū ergo q̄ si p̄fidere ista q̄ttuor. fm  
se. s. v̄mū. regē. t̄ mulierē. t̄ v̄tate. nō  
sūt p̄pabilita. q̄a nō sūt v̄n⁹ generis.  
n̄ si p̄fiderent p̄ p̄pationē ad aliquē  
effectū. p̄currūt in v̄nū. t̄ sic p̄nt p̄pas-  
ri. Hic aut̄ effect⁹ in quē cōveniunt et  
p̄nt ē īmutatō cordis hūani. Qđ er-  
go inter ista magis īmutet cor hoīs  
vidēduz est. Scienđū ergo q̄ ī-  
mutatūm hoīs qđ dā ē corporale t̄ a-  
liđ ē aīale. t̄ hoc ē dupler. ſſibile; t̄ ī-  
telligibile. Intelligibile ēt ē dupler. s.  
